Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26236
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Similiter sapientia est pater. et nulli sapientia est. qa a nullo est.

qa a nullo est. Dilectio est pater. et nulli dilectio est. qe a nullo est. filius autem potentia est. et potentia patris est. qa a patre est. et sapientia filius est. et sapientia patris est. qe a patre est. Spes dilectio est. et dilectio patris et filii est. qa a patre et filio est. Vbi diligenter cauendum est. ne incommutabilitate fundatur. quod distinguendum est. neque in singularitate distinguatur. quod proprium est. Hoc est. cum personas in unitate distinguere uolumus. non autem bauamus. quod alii commune est. neque cum substantiae unitate demonstrare. assignemus alii. quod uni proprium est. Qd uestigui trinitatis non solum in rationali creatura sed et in corporea reperitur.

Ecce demonstrauimus uestigium alicuius trinitatis sumere. quantum ualet ratio humana demodico quod suum est. et datum est illi. et nulla. et modicum est ad perfectionem. Tria enim inuenit in se. et ex his trinitatem deprehendit. quod erat super se et extra. et illi natura fuit. sic de unitate trinitatis. et apparuerunt ita foris signa trinitatis. sed non imago ut illa intus quae erat. et haec ipsa imperfecta similitudine erat. Erat enim potentia intus. et sapientia. et amor. et ita haec imago erat potentiae creatori et sapientiae et amori. qa hic erat. et ibi erat. sed hic in imagine. ibi in unitate. Tamen

uniq; erat. et ibi erat. qa hoc hic erat. quod ibi erat. Sed quod hic erat imago erat. quod ibi erat. ueritas erat. foris autem potentia non erat. sed signum tantum. neque sapientia sed significatio tantum. neque amor et bonitas. sed significatio tantum. Et ipsa signa nec potentia erant. nec sapientia. nec amor sic intus. sed signa tantum potentiae. sapientiae et amoris. Potentiae enim signum fuit rerum in mundo. sapientiae pulchritudo. bonitatis utilitas. et non erat ipsa signa potentiae. et sapientiae et bonitatis. sed tamen signa haec adcestantia his quae intus erant probata. Et probata est unitas ua in propriis suis. nec potuit ratio his adicere qeq; quae perfecta erant. nec tollere aliquid quae stabant discreta. Sed enim ita haec quomodo rationale perficiunt. nec sine his perfectum esse aliquid potest. Similiter ad omnem effectum occurrit ita haec. quae si quod de fuerit nihil absolutum. sed si assint partim oia consumantur. Haec sunt potentia. scientia et uoluntas. et quibus si tollas unum. in aliquo perfectionem minuis. Si cuncta partim stuuas. nihil de eis fuerit. Hi quoque ipse rerum conditor opa sua perfecit. et stat ipse perfectum. quia in ipso perfecta sunt. quae nec in parte augeri possit. qe plena sunt. nec in toto sumari. qe perfecta sunt. nec